

Indulta quoque bona certis personis infundandi.

Frumenta, aliaque hujusmodi generis blada extrahendi, adportandi &c.

Jaruarum, Notariatuum, seu Bancharum civilium, & criminalium, Secretariatuum, & illarum emolumentorum, aliorumque jurium, & honorum stabilium Camerae, & Communitatum predictarum cujusvis qualitatis, & quantitatis gratias, concessionibus, & alienationes quascumque in praedictum earundem Camerae, & Communitatum.

§. 14. Necnon indulta de bonis stabilibus, & juribus ejusdem Camerae in civitate nostra, & districtu Ferrariensi, seu alibi consistentibus, certis personis tantum infundandis, per pia memoriae Gregorii Papae XV. etiam praedecessorem nostrum concessa.

§. 15. Ac omnia, & singula privilegia, licentias, & facultates, frumenta, blada, legumina, animalia, oleum, olivas, & alia quaecumque tam Annonam, quam Grasciam concernentia, etiam in propriis eorum praediis, & possessionibus, agris, & terrenis pro tempore recollecta, tam ad effectum extra Statum Ecclesiasticum, quam etiam ad loca mediate, vel immediate Sedi Apostolicae subiecta, praeterquam ad Urbem praedictam asportandi, etiam tempore Annonae difficultatis, & pro usu proprio, vel ad effectum in eorum, vel alienis quibusvis molendinis molendi, sive terra, sive mari, vel per aquam dulcem ex quibuscumque Status nostri Ecclesiastici temporalis Provinciis, & etiam a dicta Urbe, ac Civitatibus, Terris, Castris, & locis, eorumque territoriis, & districtibus, Nobis, & dictae Sanctae Romanae Ecclesiae mediate, vel immediate subiectis extrahendi, aut illa ultra usum contra tamen formam Constitutionum, & Ordinationum Apostolicarum, & bannimentorum desuper editorum, & edendorum emendi, ac ut dicitur, etiam incettandi, per quoscumque Praedecessores nostros, ac Nos, & Sedem praedictam etiam Motu proprio, & consistorialiter, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarium, & Cameram praedictam, seu etiam Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, Officiales, & Ministros, quibusvis etiam Avenionem, Ferrariam, Beneventan., & aliis etiam speciali nota dignis Civitatibus, & illarum Regiminibus, Communitatibus, & Universitatibus, necnon familiis, & nobilibus, Principibus, Ducibus, & Marchionibus, Baronibus, Domicellis, & quibusvis aliis personis quacumque etiam Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, & Cardinalatus, aliaque tam seculari, quam ecclesiastica dignitate fulgentibus, etiam ratione guberniorum, & aliorum officiorum, & munerum eis commissorum, etiam pro se, & filiis, eorumque haeredibus, & descendens, necnon familiaribus, & infervientibus, colonis etiam partiaris, laboratoribus, & affectuariis, ac pro eorum Civitatibus, Terris, Castris, Villis, Casalibus, Praediis, Vineis, & aliis bonis stabilibus, fructibus, juribus, & actionibus perpetuo, vel ad tempus, ac in toto, vel pro parte, & etiam causa temporum, seu nudinarum etiam publica-

rum, aut alias, & ex quavis causa, etiam in recompensam laborum, damnorum passorum, expensarum, vel meritum, seu illorum intuitu, & alia quantumvis urgentissima, ac de necessitate exprimenda causa, sub quibuscumque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam in appaltuum, seu locationum instrumentis provisum, & cautum sit, illas observari debere, Appaltatoresque, & Conductores ad illarum observationem teneri, ac illas quomodocumque, & qualitercumque hactenus in genere, vel in specie, tam ante, quam post ejusdem Pauli V., & aliorum Praedecessorum praedictorum, & quodcumque datas, factas, seu confirmatas, restitutas, reintegratas, aut alias concessas, & inde etiam auctoritate Judicis, sequuta quaecumque, etiam perpetuo, ac Motu, scientia, & potestate similibus revocamus, & abrogamus.

§. 16. Necnon similis memoriae Pauli III., & Julii etiam III., Pii V., Sixti V. praedictorum, ac Clementis III. similiter Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum, & quae incipit: *In maximis rerum difficultatibus*, per praedictum Paulum V. Praedecessorem sub Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 23. Decembris 1605. Pontificatus sui Anno I. editas Constitutiones exemptionum, immunitatum, concessionum, & gratiarum praedictarum revocatorias, ac rec. memoriae Pii IV. super revocatione simillium licentiarum, & facultatum extrahendi frumenta, blada, & legumina ex Provinciis, Terris, & locis, dictae Sanctae Romanae Ecclesiae mediate, vel immediate subiectis quibusvis concessarum, ac prohibitione, ne a dictis Provinciis, Civitatibus, Terris, locis, frumenta, blada, & legumina praedicta quicumque extraherent, ac dicti Pii V. per quam, revocationem, & prohibitionem ejusdem Pii Papae IV. ad licentias, facultates quodcumque generis Grasciae, etiam in carnis, ovibus, agnis, & aliis animalibus, necnon oleo, ac rebus aliis quibuscumque consistentis extendit, & ampliavit, & Gregorii XIII. pariter Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum, per quam omnibus, & singulis Communitatibus, Universitatibus, quibuscumque personis inhibuit, ne quovis praetextu directe, vel indirecte cujusvis generis frumenta, blada, legumina, atque animalia quaecumque extra Statum Ecclesiasticum extrahere, & asportare auderent, seu praesumerent, & ejusdem Gregorii XIII. sub Datum die prima Maii 1578. sub Pontificatus Anno sexto, per quam quod nulli, sibi, & Sanctae Romanae Ecclesiae mediate, vel immediate subiecti, cujuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis existerent, etiam si Barones, Domicelli, Comites, Marchiones, vel Duces, & Domini in temporalibus existerent, sub excommunicationis majoris, ac laesae majestatis criminis, dominiorum, & bonorum suorum confiscationis, feudorum amissionis, & quorumvis privilegiorum suspen-

Renovat praecedentes Pontifici hac super re Constitutio.

suspensionis, ac aliis etiam pecuniariis arbitrio suo imponendis, & applicandis, ac etiam in publicis edictis, & proclamantibus per Annonae Praefectis pro tempore tam eatenus editis, & emissis, quam in futurum edendis, & emittendis, contentis censuris, & poenis, triticum, hordeum, legumina, ac omnis generis frumenta, & fruges, a terris, & locis dicti Status Ecclesiastici absque expressa ipsius Gregorii praedecessoris, & ab eo obtenta in scriptis, & ejus manu signata licentia, extrahere, vel extrahi facere, nullique ex praedictis, eorum Subditos, & Vassallos, aut alias quascumque personas, quominus triticum, hordeum, legumina, frumenta, & fruges praedicta in quibusvis locis eis subiectis, quovis praetextu, etiam molitura, aut cujusvis alterius oneris, vel solutionis ad Almam Urbem afferent prohibere, aut per se, vel alium, seu alios directe, vel indirecte impedire audeant: quin potius illis sic afferentibus omnem operam, & favorem praestarent: ac insuper nulli, quamlibet tritici, hordei, & leguminum, omnisque generis frumentorum, & frugum quantitate, nisi pro suo, suarumque familiarum unius Anni dumtaxat usu emere valerent, & contrafacientes poenas praedictas incurrisse declararentur, & aggravarentur ipso facto: non obstantibus etiam privilegiis, indultis, Literis, & gratiis Apostolicis quibusvis personis, Civitatibus, Terris, & locis in genere, vel in specie, etiam ex causa onerosa concessis, statuit, atque decrevit, ac dicti Clementis per quam praedicta omnia, dempta ex illis excommunicationis poena, approbavit, & confirmavit: necnon ejusdem Pauli V. per quam omnes, & singulas Pii IV., Pii V., Gregorii XIII., & Clementis VIII., praedecessorum suorum Constitutiones, & Literas in quibuslibet earum partibus, quoad excommunicationis, & alias Ecclesiasticas censuras, quantum attinet ad frumentorum, bladorum, leguminum, & olei extractionem innovavit, ac privilegia, licentias, & facultates extrahendi praedicta revocavit, ac frumenta, hordea, legumina, & alia Annonam, & Grasciam concernentia, sub excommunicationis, & aliis censuris Ecclesiasticis, & poenis temporalibus supra dictis extra Statum Ecclesiasticum extrahi prohibuit: ac aliam per quam ultimo dictam ipsius Constitutionem, innovationem, prohibitionem, & revocationem ad loca immediate Sedi Apostolicae subiecta extendit, & ampliavit in quibuslibet earum partibus, demptis tamen ex illis poena excommunicationis, & aliis censuris Ecclesiasticis, praeterquam in casibus, in quibus extra Statum nostrum Ecclesiasticum, vel ad loca Principum, Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, & aliorum, quorum dominia in consuetudine dicti Status nostri Ecclesiastici existunt, extractio mercimonii causa fiet, Motu, scientia, & potestate paribus similiter perpetuo approbamus, confirmamus, & innovamus, illasque adversus quascumque revocationes, suspensiones, limi-

Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

tationes, & moderationes in pristinum, & cum, in quo ante quam illa emanarent, erant statum, restituimus, reponimus, & plenarie reintegramus, illasque, & earum singulas, ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, sub temporalibus poenis praedictis in illis contentis inviolabiliter de cetero observari debere.

§. 17. Ac provisiones, assignationes, poenas malefactorum, emolumenta, impositiones, gabellas, vectigalia, & alias res, bona, & jura praedicta ex hujusmodi revocatione, prohibitione, & Constitutione, restituta eidem Camerae, & respective Communitatibus praedictis, & non aliis, quibus forsitan illarum redditus, & proventus locati, & appaltati reperiuntur, sicut antequam exemptiones, concessionibus, assignationes, & alia praedicta emanassent, aliter dispositum fuerit, omnino debere, ac ad illa omnia, & singula Cameram ipsam, necnon Communitates, & Universitates eo ipso, absque alia adepta, seu recuperata possessione restitutas, & reintegratas fore, & esse praecipimus, statuimus, & ordinamus.

§. 18. Per praedicta autem non intendimus revocare exemptiones, & immunitates quibuscumque personis Ecclesiasticis, tam secularibus, quam regularibus de jure competentes, minusque immunitates, & exemptiones, ac extrahendi, & alias facultates, applicationes, & alia Thesaurariis, Appaltatoribus, & Conductoribus bonorum, introituum, & jurium Camerae nostrae ab ipsa Camera, seu aliis illius nomine in appaltatum, & locationum instrumentis, & illorum ratione concessa.

§. 19. Et insuper a revocationibus omnibus, & singulis supra dictis excipimus, & exceptas esse volumus, & declaramus, immunitates, exemptiones, confirmationes, extensiones, prorogationes, facultates, privilegia, concessionibus, & alienationes quibusvis Communitatibus, Universitatibus, & aliis quibuscumque data, facta, & respective concessa in vim contractus ex causa vere onerosa; videlicet congrua, & effectualis Camerae Apostolicae, vel ipsis Communitatibus legitime factae pecuniarum solutionis, vel ex aliis causis rationabilibus per Nos cognoscendis, & approbandis, & etiam declarandis: quas causas omnes onerosas, non nisi legitimas, ac licitas, & honestas, prout de jure, approbare intendimus: & propterea illa obtinentes, quicumque in eadem Camera, citato dilecto filio ipsius Camerae Commissario Generali illas verificare, in ipsaque Camera examinari, & admitti facere teneantur, etiam si gratia, concessionibus, privilegia, Literae, instrumenta, ceteraque praedicta alias in eadem Camera admittant, & in ea, suisque libris fuerint, & sint registrata, quatenus tam causa onerosae praedictae pro vere onerosis, & legitimis, ut supra, alias in eadem Camera verificata, ac approbata, & judicata non sint, quo casu ad indicationem tantum, non autem ad aliam verificationem eisdem obtinentes teneri volumus,

Revocatas hujusmodi assignationes Camerae Ap. & Communitatibus restituit.

Præservat exemptiones Ecclesiasticas, & Affiducias in instrumentis;

Vel Communitatibus ex causa tantum onerosa concessas.

vo, ac quovis alio onere tam ordinario, quam extraordinario, quavis auctoritate, etiam pro expeditione tam offensiva, quam defensiva contra Turcas, & alios Infideles, ac Reipublica christiana ab illorum conatibus defensione, seu alia inexcogitabili causa a Romano Pontifice pro tempore existente, etiam ad Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum instantiam, illorumque contemplatione, & intuitu, etiam Motu proprio, & ex certa scientia impositis, & imponendis, aut aliis qualitercumque exemptis sint, nequam obstan. teneantur, & efficaciter obstricti sint, ipsique Archiepiscopi, Episcopi, Archimandrita, & alia persona, quarum Ecclesia, Monasteria, & alia beneficia ecclesiastica annuis pensionibus, auctoritate apostolica assignatis gravata, & onerata sunt, ratam Pensionarium suorum, seu eorum, quibus fructus huiusmodi sunt reservati, solvere, & illud, quod pro ipsis pensionariis, seu iis, quibus fructus huiusmodi sunt reservati, vere, & realiter, ac quacumque fitione cessante, persolverint, sua propria auctoritate postmodum penes se retinere possint, nec propterea sententias, censuras, & poenas in eisdem pensionum reservationibus contentas incurrant.

Contraria tollit.

§.6. Non obstantibus praemissis, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, & beneficiorum huiusmodi etiam Juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, exemptionibus, immunitatibus, etiam in corpore juris clausis, ac Literis Apostolicis, quibusvis generaliter, vel specialiter concessis, necnon Literis reservationum pensionum, & fructuum huiusmodi, ac quibusvis obligationibus, etiam in forma Camerae, etiam cum Juramento, & censuris, ac mandati executivi susceptione, vel aliis desuper factis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum mentio, seu quavis alia expressio habenda sit, & in eis caveatur expresse, quod per huiusmodi clausulas generales, etiam mentionem specialem importantes eis derogatum esse non censetur, aut derogari non videatur, nisi certis modo, & forma in illis expressis plene observatis. Quibus omnibus, eorum tenores praesentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Pauperes tamen ecclesiasticos eximit.

§.7. Ceterum volentes providere, ne pauperes ecclesiastici ad contributionem huiusmodi graventur, Joannettinum Cardinalem, & Proregem praedictum hortamur attente, ac in virtute sanctae obedientiae illi mandamus, quatenus pauperes ecclesiasticos, qui in redditibus annuis nihil, aut parum, etiam usque ad valorem decem unciarum scuta 25. monetæ illius Regni constituentium inclusive habent, ad contributionem praedictam per quoscumque, quavis auctoritate fungentes, cogi, aut compelli, nullo modo permittat.

§.8. Volumus, quod exactio pecuniarum huiusmodi ab Ecclesiasticis, per personas etiam Ecclesiasticas a dicta Majestate tua, seu dicto Joannettino Cardinale, & Prorege deputandas fieri debeat, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, quod si secus in aliquo praemissorum factum fuerit, qui contraverint in poenas, & censuras incurrant, perinde ac si praesentes Literae non emanassent.

Exactionem vero huiusmodi per ecclesiasticos fieri praecipit.

Transumptis credi jubet.

§.9. Quodque etiam praesentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra in omnibus, & per omnia adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibite, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris Die XV. Novembris 1624. Pontificatus Nostri Anno II.

LXXXVI.

Indultum Fratibus Jesuatis S. Hieronymi Ordinis S. Augustini, quod abjecto Caputio albi coloris, aliud coloris eorum habitus, eaque forma, qua ceteri Mendicantes utuntur, deinceps gestare valeant.

Institutum horum Fratrum habes in Martin. V. Const. XXII. Pix Tom. III. Par. II. fol. 460. Et Const. XXVII. Pauli V. Religiosos Tom. V. Par. III. fol. 180. Et eisdem Fratibus approbata a locorum Ordinariis ad audiendas confessiones in Ecclesiis Parochialibus d. Ordinis, ut Parochianorum confessiones audire valeant, concessit Gregor. XV. in Const. LXXIV. Ex in iuncto. ut supra fol. 55. Qui etiam comprobavit Novitiatum in Urbe, ut in eisdem Constitut. CV. Inter multiplices. fol. 128.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Onerosa pastoralis officii cura Nobis licet immeritis ex alto commissa posulat, ut religiosos viros, qui spretis mundi vanitatibus divini numinis obsequiis sese manciparunt, propensis studiis complectamur, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Exordium.

§.1. Hinc est, quod Nos dilectos filios Fratres Jesuatis Sancti Hieronymi Ordinis Sancti Augustini specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotata existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc

Indultum, de quo in rubricis.

Clausula.

Derogatio contrariorum.

Datum die 19. Nov. 1624. An. II.

hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium sacris Ritibus praepositorum consilio, eisdem Fratibus, ut abjecto caputio albi coloris, quod super humeros hastenus gesserunt, aliud in capite coloris eorumdem pallio similis, atque ea forma, qua ceteri Mendicantes utuntur, gestare libere, & licite valeant, apostolica auctoritate, tenore praesentium concedimus, & indulgemus, ac licentiam, & facultatem impertimur.

§.2. Decernentes, illos desuper a quocumque auctoritate quomodolibet indebite molestari, inquietari, vel perturbari nullatenus posse, neque debere: praesentes vero literas validas, & efficaces esse, & fore, eisdemque Fratibus in omnibus, & per omnia plenissime suffragari.

§.3. Siquae per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, distiq; Ordinibus etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 19. Novembris 1624. Pontificatus nostri Anno Secundo.

LXXXVII.

Confirmatio Confraternitatis Musicorum sub Visitationis Beatae Mariae, Sancti Gregorii Papae, ac Sanctae Caeciliae Titulo, antea in Ecclesia Congregationis Clericorum Regularium Sancti Pauli Decollati de Urbe institutae, cum Indultorum, ac Indulgentiarum concessione.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Procedimus.

Pletatis, & christiana charitatis opera ubique cum divini cultus incremento exerceri cupientes, his propterea, quae pie, & provide facta fuisse dicuntur, libenter, cum a Nobis petitur, apostolici muniminis adiciamus firmitatem, Christique fideles, ut in eorumdem piorum operum exercitio magis confoveantur, favoribus, & gratiis prosequimur opportunis, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.
Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Officiales, & Confratres Confraternitatis Musicorum nuncupatae sub Visitationis B. Mariae Virginis, ac S. Gregorii Papae, & Sanctae Caeciliae invocationibus, quod alias Confraternitas praedicta in Sancti Pauli Clericorum Regularium Congregationis ejusdem Sancti Pauli Decollati, seu alia Almae Urbis nostrae Ecclesia canonice erecta, & instituta fuit.

Erectam praedictam Confraternitatem Musicorum.

§.2. Ac pro felici, prosperaque illius directione, & gubernio, nonnulla statuta condita fuerint, illaque a dilecto filio nostro in dicta Urbe Vicario in spiritualibus generali probata fuerunt, prout in publicis desuper confectis scripturis plenius dicitur contineri.

Statutaque pro ea edita.

§.3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, firmiora sint ea, quae a Sede Apostolica approbantur, & confirmantur, cupiantque propterea Officiales, & Confratres praedicti, erectionem, & institutionem, statutaque praedicta apostolicae confirmationis patrocinio communiti, aliisque sibi per Nos indulgeri.

Confirmari petunt Confratres.

§.4. Nos eorum votis in praemissis, quantum cum Domino possumus, annuere, illisque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationum, suspensionum, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotata existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, erectionem, & institutionem praedictas, quatenus canonice factae fuerint, ut praesertur, nec non statuta praedicta, dummodo tamen licita sint, & honesta, sacrisque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, ac Constitutionibus Apostolicis non adversentur, apostolica auctoritate, tenore praesentium, perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos tam iuris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Confirmat Urbanus.

§.5. Eisdemque Officialibus, & Confratribus, ut statuta huiusmodi pro temporum varietate, prout eis melius, & expediens videbitur, mutare, alterare, corrigere, & in melius reformare, ac etiam de novo condere, praevia tamen ejusdem Vicarii examinatione, & probatione, libere, & licite valeant, licentiam, & facultatem concedimus, & impertimur.

§.6. Praterea, ut Officiales, & Confratres praedicti in piorum operum exercitio magis accendantur, & confoveantur, nonnullorumque compescatur temeritas, qui nullis, vel saltem incompositis Artis Musicae huiusmodi studiis, aut legibus servatis publice typis mandare non veniuntur, omnibus, & singulis utriusque sexus Christianidelibus, & praesertim librorum Im-

Prohibet, quominus sine licentia Revisorum ab hac Confraternitate deputandorum Compositiones Typicae edantur.

LXXXI.

Ex Reg. in
Secret. & con-

Confirmatio Erectionis Seminarii in Dice-
cesi Cariaten. in Oppido Verzini.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Episcopus Car-
iaten. Semi-
narium erigit
in Terra ver-
zini.

§.1. Exponi nobis nuper fecit Venera-
bilis Frater Mauritius Episcopus
Cariaten., quod ipse, quo presbiterorum
ad curam animarum exercitium idoneorum
penuria in sua diocesi vigenti subveniret,
unum ecclesiasticum Seminarium in Ter-
ra Verzini dicta Diocesis, quae, ut asserit,
a Turcatum incursumibus ipsamet Civitate
Cariaten. securior est, fabrica ad id de-
centi, & congrua propriis suis sumptibus
constructa juxta Concilii Tridentini decreta
erexit, & instituit, Terrasque, seu posses-
siones, quarum redditus, & proventus an-
nui ad summam ducentorum Ducatorum
moneta Regni Neapolitani facile ascendunt,
per eum emptas dicto Seminario perpetuo
donavit, prout in publicis desuper confectis
scripturis plenius dicitur contineri.

Ejusque fon-
dationem apo-
stolica aucto-
ritate peti-
tiorat.

§.2. Cum autem, sicut eadem expo-
sitione subiungebat, dictus Mauritius Episcopus
erectionem, Instrumentum, & donationem
hujusmodi pro firmitate illarum subsisten-
tia apostolica nostra confirmationis robor-
e communiti, ac in praemissis per nos, ut
infra, opportune provideri summopere de-
sideret.

Confirmat
Urbanus.

§.3. Nos piis ejus votis hujusmodi, quan-
tum cum Domino possumus, benigne an-
nuere, ipsumque specialibus favoribus, &
gratiis prosequi volentes, & a quibusvis ex-
communicationis, suspensionis, & interdi-
cti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censu-
ris, & poenis, a Jure, vel ab homine quavis
occasione, vel causa latis, si quibus quomo-
dolibet innodatus existit, ad praemissorum
effectum dumtaxat consequendum harum
serie absolventes, & absolutum fore cen-
sentes, supplicationibus ejus nomine Nobis
super hoc humiliter porrectis inclinati, de
Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E.
Cardinalium negotio propagandae fidei pra-
epositorum consilio, erectionem, & institu-
tionem Seminarii in dicta Terra juxta de-
creta ejusdem Concilii, ac dotationem, seu
donationem domus, & redditus annui du-
centorum ducatorum hujusmodi ipsi Semi-
nario a dicto Mauritio Episcopo, ut praefertur,
factas, apostolica auctoritate, ut praefertur,
tenore praesentium approbamus, & confirmamus,
illisque perpetuae, & inviolabilis firmitatis
robor adjicimus, ac omnes, & singulos tam
Juris, quam facti defectus, si qui in praemis-
sis quomodolibet intervenerint, supplemus.

Caveat, quomi-
nus futuri tunc
scipi boni ad
illud sp. stan-
cia alienent,
vel oppigno-
cent.

§.4. Ac praeterea pro tempore futuris
Episcopis Cariaten, dicti Mauriti Episcopi
successoribus in perpetuum, ne domum,
Terras, aut redditum hujusmodi Seminario
praedicto applicata, & assignata in toto, vel
in parte quantumvis minima dismembrare,

alienare, oppignorare, aut de illis quemli-
bet contractum Seminario praedicto praer-
judiciale facere praesumant, eidem aucto-
ritate, & tenore expresse prohibemus.

Clausulas apa-
ponit.

§.5. Decernentes praesentes Literas, &
in eis contenta quaecumque valida, firma, &
efficacia esse, & fore, suorumque plenarios, &
integros effectus sortiri, & obtinere, ac di-
cto Seminario, illiusque Superioribus, &
A lumnis quibuscumque in omnibus, & per
omnia plenissime suffragari; sicque per
quoscumque Judices ordinarios & delega-
tos etiam causarum Palatii Apostolici Audi-
tores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardina-
les, etiam de latere Legatos, & Sedis
Apostolicae Nuncios, sublata eis, & eorum
cuilibet quavis aliter judicandi, & inter-
pretandi facultate, & auctoritate judicari,
ac definituri debere, ac irritum, & inane, si
secus super his a quoquam quavis auctorita-
te scienter, vel ignoranter contigerit atten-
tari. Non obstantibus Constitutionibus,
& Ordinationibus Apostolicis, ceterisque
contrariis quibuscumque.

Datum Tusculi sub annulo Piscatoris
die 21. Octobris 1624. Pont. nostri An. II.

Dat. die 21.
Octobr. 1624.
An. II.

LXXXII.

Declaratio. quod consensus Monialium, sine
quo mulieres seculares licentis Monasteria
ingrediendi uti non possunt, expresse,
capitulariter, & per scripta suffragia de
cetero haberi debeat.

Hujusmodi licentiarum revocationem habes
in Greg. XIII. Const. XLIV. Ubi gratia
Tom. IV. Par. III. fol. 298. Et postea contra
abuentes hujusmodi licentis, & circa il-
larum usum statuit nonnulla Paul. V. in
Constitut. CXVII. Facutatum. Tom. V.
Par. III. fol. 346. Sed deinde idem Paul.
revocavit omnes licentias mulieribus con-
cessas ingrediendi Monasteria Monialium,
ut in eisdem Const. GCH. Monialium
quieti ibid. fol. 102.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Sacro sanctum Apostolatus ministerium, Exordium.
quod ineffabilis divinae sapientiae provi-
dentia humilitati nostrae, nullo licet meri-
torum suffragio, creditur, jugiter postulat,
ut inter multiplices pastoralis officii curas,
illam sedulo amplectamur, qua sanctimo-
nialium quieti opportune consulitur.

Causa facio-
de declaratio-
ne.

§.1. Cum itaque plures licentiae Mona-
steria Monialium ingrediendi diversis mu-
lieribus secularibus, sub certis modo, &
forma tunc expressis a Nobis, & diversis Ro-
manis Pontificibus Praedecessoribus no-
stris concessa fuerint, eademque mulieres
in vim licentiarum praedictarum Monasteria
hujusmodi, non nisi de expresse earumdem
Monialium, & illorum Superiorum, con-
sensu ingredi possint, seu debeant.

§.2. Nos omnem dubitandi materiam,
quae

Peene contra
inobedientes.

Clausula.

Transumptis
danda fides.

quae super modo consensum hujusmodi pra-
standi forsitan oriri posset, e medio tollere
volentes, Motu proprio, & ex certa scien-
tia nostra, harum serie decernimus, atque
declaramus, consensum dictarum Monia-
lium, de cetero per easdem Moniales capi-
tulariter, ut praefertur, ut praefertur, pra-
stito, ingredi praesumpserint, sententias,
censuras, & poenas contra clausuras Mona-
steriorum Monialium violantes inflictas, se
noverint incursumas.

§.3. Et quae sanctimonialium Monaste-
ria vigore licentiarum praedictarum, absque
consensu capitulariter, ut praefertur, pra-
stito, ingredi praesumpserint, sententias,
censuras, & poenas contra clausuras Mona-
steriorum Monialium violantes inflictas, se
noverint incursumas.

§.4. Siquae, & non aliter per quoscum-
que Judices ordinarios, & delegatos, etiam
causarum Palatii Apostolici Auditores, su-
blata eis, & eorum cuilibet quavis aliter ju-
dicandi, & interpretandi facultate, judicari,
& definituri debere: ac irritum, & inane, si
secus super his a quoquam quavis auctoritate
scienter, vel ignoranter contigerit atten-
tari; in contrarium facien. non obstantibus
quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut praesentium
transumptis, etiam impressis, manu alicujus
Notarii publici subscriptis, & sigillo ali-
cujus personae in dignitate ecclesiastica con-
stitutae munitis, eadem prorsus fides adhi-
beat, quae praesentibus adhiberetur, si fo-
rent exhibitae, vel ostense.

Datum Tusculi sub Annulo Piscatoris,
die 27. Octobris 1624. Pontificatus nostri
Ann. II.

LXXXIII.

Institutio Confraternitatis Aulicorum Ur-
bis in Ecclesia S. Nicolai ad Casarinos
sub invocatione Confraternitatis Urban-
nae; Cum concessione Ecclesiae S. Lau-
rentii in Fonte in Regione Montium Ur-
bis ad pia opera inibi exercenda.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam

Procurium.

Pastoris aeterni, qui pro gregis salute,
in Ara Crucis immolari voluit, vices
quamquam immeriti gerentes in terris, pia
Christifidelium vota, divini cultus augmen-
tum, & ipsorum fidelium salutem concer-
nentia ad exauditionis gratiam libenter ad-
mittimus, eisdemque fideles ad pia, & de-
vota opera exercenda indulgentis, & pec-
catorum remissionibus invitamus, ut per
operum hujusmodi exercitium ad aeterna
beatitudinis gaudia pervenire mereantur.

Aulici pro-
priam Con-
fraternitatem
erigi curant.

§.1. Cum itaque, sicut dilecti filii Almae
Urbs nostrae Aulici nuper exponi fecerunt,
ipsi peculiari devotionis affectu ducti, & ut
alios Christifideles ad ejusdem devotionis
studium accendant, in Parochiali Ecclesia S.
Nicolai ad Casarinos de Urbe unam co-

rumdem Aulicorum Confraternitatem Ur-
banam nuncupandam ad Dei gloriam, &
honorem, ac animarum dictorum fidelium
salutem per Nos erigi summopere de-
siderent;

Quam erigit
Pontifex, Ur-
banusque vo-
cat.

§.2. Nos piis eorumdem Aulicorum
desideriis hujusmodi benigne annuere, ani-
marumque salutem paterna charitate prospice-
re, eisdemque Aulicos specialibus favo-
ribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum
singulares personas a quibusvis excommu-
nicationis, suspensionis, & interdicti,
aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, &
poenis a Jure, vel ab homine quavis occasio-
ne, vel causa latis, si quibus quomodolibet
innodatus existunt, ad effectum praesentium
dumtaxat consequendum harum serie ab-
solventes, & absolutas fore censentes, sup-
plicationibus eorumdem nomine Nobis su-
per hoc humiliter porrectis inclinati, in pra-
dicta Ecclesia unam Christifidelium Aulico-
rum dictae Urbis Confraternitatem Urban-
nam nuncupatam, quae non sit pro homini-
bus unius specialis artis, sine alicujus praer-
judicio apost. auctoritate perpetuo erigimus,
& instituiamus.

Temporales,

§.3. Necon Confratribus dictae Con-
fraternitatis pro tempore existentibus, ut
processionaliter incedere, Divina Officia in
suo Oratorio recitare, & pro ipsius Confra-
ternitatis negotiis se congregare, ac qua-
cumque Statuta, Capitula, Ordinationes, &
Decreta pro salubri eorum, & dictae Con-
fraternitatis regimine, & administratione
necessaria, & opportuna, licita tamen, &
honestas, sacrisque Canonibus, & Concilii
Tridentini Decretis, ac Constitutionibus
Apostolicis non contraria, per dilectum fi-
lium nostrum in dicta Urbe Vicarium in spi-
ritualibus generalem examinanda, & appro-
banda facere, & edere, illaque pro tempore,
prout eis videbitur, & expediens fuerit,
pravia simili examinatione, & approbatio-
ne, mutare, alterare, corrigere, & in me-
lius reformare.

§.4. Ac insuper omnia, & singula lega-
ta, relicta, res, & bona quomodolibet qua-
lificata, mobilia, & immobilia, per quoscum-
que Christifideles dictae Confraternitati per
viam testamenti, donationis, aut alias quo-
modolibet pro tempore legitime elargita,
& relicta recipere, illaque per eorum Offi-
ciales, & Deputatos regere, gubernare, &
administrare, ac in ipsius Confraternitatis,
& ejus piorum operum usus convertere li-
bere similiter, & licite valeant; ita tamen,
ut de receptis, & administratis per eisdem
eodem Vicario juxta Decreta Concilii Tri-
dentini hujusmodi rationem reddere tene-
antur, auctoritate, & tenore praedictis con-
cedimus, & indulgemus.

Spiciant lesq;
gratias ei clar-
geant.

§.5. Postremo, ut dicta Confraternitas
majora in dies suscipiat incrementa, de Om-
nipotentis Dei misericordia, ac Beatorum
Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctori-
tate confisi, omnibus, & singulis Christifide-
libus, qui dictam Confraternitatem imper-
ferum ingredientur, die primo eorum in-
gressus, si vere poenitentes, & confessi San-
ctissi-

Altissimum Eucharistiae Sacramentum sumptu-
ferint, plenariam;

§.6. Necnon pro tempore describendis
in dicta Confraternitate Confratribus, in
tuislibet eorum articulo, si vere poeniten-
tes, & confessi, ac sacra Communione re-
fecti, vel quatenus id facere nequiverint, sal-
tem contriti nomen Jesu ore, si potuerint, in
autem corde devote invocaverint, etiam
plenariam.

§.7. Ac eisdem pro tempore existentibus
Confratribus, etiam vere poenitentibus,
& confessis, ac eadem sacra Communione
refectis, qui praedictae Confraternitatis Ec-
clesiam, vel Cappellam, seu Oratorium die
festi Exaltationis Sanctae Crucis a primis
Vesperis usque ad occasum Solis festi hu-
jusmodi singulis annis devote visitaverint, &
ibi pro Christianorum Principum concordia,
habetum extirpatione, ac Sanctae Ma-
tris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum pre-
ces effuderint, plenariam similiter omnium
peccatorum suorum Indulgentiam, & rem-
issionem misericorditer in Domino con-
cedimus, & elargimur.

§.8. Insuper dictis Confratribus, etiam
vere poenitentibus, & confessis, ac sacra
Communione refectis, Ecclesiam, vel Cap-
pellam, seu Oratorium hujusmodi in Con-
ceptionis B. Mariae Virginis, ac S. Urbani
Papae, & Martyris, & Sanctorum Joannis,
& Pauli, ac Sancti Antonii Abbatis festis
diebus, ut praefertur, visitantibus, & ibidem
orantibus, quo die praedictorum id egerint,
septem Annos, & totidem quadragenas.

§.9. Quoties vero ipsi Missis, & aliis
Divinis Officiis in dicta Ecclesia, vel Cap-
pella, seu Oratorio pro tempore celebra-
ndis, & recitandis, seu Congregationibus pu-
blicis, & recitandis, seu Congregationibus pu-
blicis, vel privatis ejusdem Confraternita-
tis ubi vis faciendis interfuerint, aut paupe-
res hospitio susceperint, vel pacem inter
inimicos composuerint, seu componi fece-
rint, vel procuraverint, necnon etiam qui
corpora defunctorum, tam Confratrum dic-
tae Confraternitatis, quam aliorum ad se-
pulturam associaverint, aut quascumque
Processiones de licentia Ordinarii faciendas,
Sanctissimumque Eucharistiae Sacramen-
tum, tam in Processionibus, quam cum ad
infirmos, aut alios ubicumque, & quomo-
documque pro tempore defertur, comitati
fuerint, aut si impediti campana ad id signo
dato semel Orationem Dominicam, & Sa-
lutationem Angelicam dixerint, aut etiam
quinque Orationem, & Salutationem praedictas
pro animabus defunctorum Confratrum
dictae Confraternitatis recitaverint, aut
peccatorem aliquem ad viam salutis re-
dlexerint, & ignorantes Dei praecipua, &
ea, quae ad salutem sunt, docuerint, aut
aliud quodcumque pietatis, vel charitatis
opus exercuerint, toties pro quolibet praefato-
rum operum sexaginta dies de injunctis
eis, seu aliis quomodolibet debitis poeni-
tentiis in forma Ecclesiae consueta relaxa-
mus, praesentibus perpetuis futuris tempo-
ribus valitoris.

Si hoc Con-
fraternitas al-

§.10. Volumus autem, quod si dicta

Confraternitas alicui Archiepiscopatus
aggregetur, vel quavis alia ratione unjatur,
seu etiam quomodolibet instituat, praesen-
tes, & quavis alia Litera Apostolica illis
nullatenus quoad Indulgentias, & remissio-
nes praefatas suffragentur, sed ex tunc eo ipso
prorsus nulla sint.

Datum Romae apud S. Mariam Major-
rem, sub annulo Piscatoris die 30. Octo-
bris 1624. Pontificatus nostri Anno II.

Sequitur concessio Ecclesiae S. Laurentii in
Fonte in Regione Montium Urbis sitae dic-
tae Confraternitati, ad pia opera per ejus
Confratres in ipsa exercenda.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. **A**lias a Nobis emanarunt Litera
tenoris subsequenti, videlicet:
Urbanus Papa VIII. Ad perpetuam rei me-
moriā, Pastoris aeterni &c. *Omittitur re-
siduum supra legendum.*

§.2. Subinde vero postquam de anno
proxime praeterito cupientes providere, ut
Ecclesia S. Laurentii in Fonte nuncupata in
Regione Montium de Urbe, antiquitate,
aliisque pluribus nominibus venerabilis, de-
bitis non careret obsequiis, praevia revoca-
tione (quatenus opus esset) concessione
Ecclesiae praefatae alias de anno tunc praeter-
rito Fratibus Ruthenis per Nos facta, Ec-
clesiam praefatam S. Laurentii, simul cum
omnibus suis juribus, bonis, redditibus, pro-
ventibus, & emolumentis supra dictae Con-
fraternitati ad utendum in perpetuum, prout
de similibus Ecclesiis Laicorum Confrater-
nitates, seu Congregationes ad sacros, &
pietatis usus destinatae uti consueverunt, ita
tamen, & non alias, ut ipsa Confraternitas
Ecclesiam Sancti Laurentii praefatam in ne-
cessariis reparare, & manutenere, sacraque,
& sufficienti suppellectili providere, Missam-
que Dominicis, ac festis diebus saltem in ea
celebrari facere teneretur, & quod Eccle-
siam praefatam S. Laurentii etiam ad pios
usus aliis concedere non valeret, & cum
Decreto, quod si quodcumque continge-
ret Confraternitatem praefatam dissolvi, re-
parationes, & melioramenta facta, & ad
quancumque summam ascendente eidem
Ecclesiae cessasse, & cedere sine aliqua re-
fectione intelligerentur, concesseramus.

§.3. Per Nos accepto, quod occasione
concessionis Ecclesiae hujusmodi, inter dic-
tam Confraternitatem ex una, & dilectos
filios Priorem, & Canonicos Regulares
Monasterii S. Petri ad Vincula de Urbe
Congregationis Sancti Salvatoris Ordinis S.
Augustini ex altera partibus, orta fuerat
controversia; cum nimirum Prior, & Cano-
nici praefati praetenderent dictam Ecclesiam
Sancti Laurentii a centum, & amplius annis
Ecclesiae eorum Monasterii hujusmodi Apo-
stolica auctoritate unitam fuisse, ob idque
concessionem praefatam viribus non subsi-
stere, & redditus, seu canonem domus an-
nexae dictae Ecclesiae S. Laurentii singulis an-
nis

AN. CH.
1624.
teri Confraternitatis unita-
tur, praesentes
nulla sint.

Dat. die 30.
Octobr. 1624.
An. II.

Referet praecedens Confraternitatem.

Facimus a se erec-
tae Confraternitatis
concessionem
Ecclesiae Sancti
Laurentii
in Fonte.

Ortam post-
modum con-
troversiam in-
ter Confratres,
& Monasterii Sancti
Petri ad
Vincula.

nis solvi solitum per quondam Prudentiam
Agazinam, & heredes quondam Sancti
Mazzi, necnon dilectum in Christo filium
Mitium de Gradibus Ecclesiae dicti Mona-
sterii debere.

§.4. Nos concessionem Ecclesiae Sancti
Laurentii hujusmodi per Nos, ut supra factam,
suam plenariam effectum sortiri de-
bere, canonem praefatum dictae Ecclesiae S.
Laurentii fore, & esse solvendum decrevi-
mus, appositis pro parte Prioris, & Cano-
nicorum praefatorum minime obstantibus.

§.5. Voluimus tamen quod dicta Con-
fraternitas singulis annis a die concessionis
in recognitionem directi juris solveret Ec-
clesiae dicti Monasterii libras quinque cerae
albae die festo ejusdem S. Laurentii.

§.6. Quodque si contingeret praedictam
Confraternitatem dissolvi, seu a praedicta
Ecclesia S. Laurentii recedere, jura Ec-
clesiae dicti Monasterii de, & super Ecclesia
sancti Laurentii hujusmodi illaesa, & illibata
remaneret, perinde ac si concessio ejusdem
Ecclesiae S. Laurentii per Nos, ut praefertur,
facta, non emanasset.

§.7. Cum autem, sicut pro parte dilectorum
filiorum Officialium, & Confratrum Confraternitatis
praedictae Nobis nuper exposuit fuit, ipsi plurimum cupiant
concessionem dictae Ecclesiae, ac Decretum
desuper emanatum, aliaque praemissa Apo-
stolica nostra confirmationis robore com-
muni, ac aliis sibi per Nos, ut infra, in-
dulgeri.

§.8. Nos Officiales, & Confratres praefatos
specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes,
eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspen-
sionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis
sententiis, censuris, & poenis, a jure, vel
ab homine quavis occasione, vel causa latis,
si quibus quomodolibet innodate existunt,
ad effectum praesentium dumtaxat conse-
quendum, harum serie absolventes, & abso-
lutas fore censentes, supplicationibus eor-
um nomine Nobis super hoc humiliter
porrectis inclinati: Concessionem Ecclesiae
Sancti Laurentii hujusmodi, necnon Decretum
a Nobis desuper emanatum praedictum,
aliaque praemissa cum omnibus in eis con-
tentis, & inde sequutis apostolica auctoritate
tenore praesentium perpetuo approbamus,
& confirmamus, illisque inviolabilis apo-
stolica firmitatis robur adiciamus, ac omnes,
& singulos, tam juris, quam facti defectus,
si qui desuper quomodolibet inter-
venierint, supplemus.

§.9. Praeterea eandem Confraternitatem
cum omnibus, & singulis Indulgentiis,
ac peccatorum remissionibus, & poenitentiarum
relaxationibus illi per Nos, ut supra,
concessis, a praedicta Ecclesia S. Nicolai
ad Ecclesiam S. Laurentii hujusmodi, necnon
Indulgentiam septem Annorum, & totidem
quadragenarum in Conceptionis Beatae
Mariae Virginis, & S. Antonii festis die-
bus per Nos similiter concessam, ad ejusdem
Sancti Laurentii, & Sancti Hippolyti festos
dies, itaut dictae Confraternitatis Confratres

Qua sublati
per Pontificii
Decretum;

Praedicta omnia sic peten-
tibus;

Urbanus Pontifex confir-
mat.

Et Confraternitatem, ab
Ecclesia Sancti Nicolai ad
S. Laurentii
transfert.

praemissa in ipsis festis diebus, ad quos
translatio, ut infra, fiet, adimplentes eam-
dem Indulgentiam prorsus consequantur,
auctoritate, & tenore praefatis transferimus.

§.10. Decerentes praemissa omnia, &
singula, necnon praesentes Literas, & in eis
contenta quaecumque valida, firma, & effi-
cacia existere, & fore, suosque plenarios, &
integros effectus sortiri, & obtinere, ac ei-
dem Confraternitati in omnibus, & per omnia
plenissime suffragari.

§.11. Sicque per quoscumque Judices
ordinarios, & delegatos, etiam causarum
Palatii Apostolici Auditores judicari, &
desiniri debere, ac irritum, & inane, si se-
cus super his a quoquam quavis auctoritate
scienter, vel ignoranter contigerit at-
tentari.

§.12. Non obstantibus praemissis, ac
Constitutionibus, & Ordinationibus Apo-
stolicis, necnon quatenus opus sit, Mona-
sterii, & Congregationis hujusmodi, etiam
juramento, confirmatione apostolica, vel
quavis firmitate alia roboratis statutis, &
consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis,
& Literis Apostolicis in contrarium praemi-
ssorum quomodolibet concessis, confir-
matis, & innovatis. Quibus omnibus, &
singulis, eorum omnium tenores praesentibus
pro plene, & sufficienter expressis habentes,
illis aliis in suo robore permanens, hac
vice dumtaxat specialiter, & expresse
derogamus, ceterisque contrariis quibus-
cumque.

Datum Romae apud S. Mariam Major-
rem sub annulo Piscatoris, die 14. Junii 1628.
Pontificatus nostri Anno V.

LXXXIV.

Magno Magistro Militiae Christianae
facultas conceditur Militiae adscribendi eos,
qui per biennium Sedi Apostolicae infer-
vierint.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum Nos nuper Militiam Christianam
Conceptionis Deiparae Virginis apo-
stolica auctoritate crexerimus, & institue-
rimus, ac sub nostra, & Sedis Apostolicae
protectione susceperimus, illique, & ejus
Militibus, ac Magno Magistro varia privi-
legia, indulta, immunitates, praerogati-
vas, gratias, & favores, prout in Literis ere-
ctionis praedictae Militiae sub Datum Romae
apud S. Petrum pridie Idus Febr. Pontifica-
tus nostri Anno I. expeditis plenius conti-
netur, apostolica auctoritate concesserimus.

§.1. Ad ampliandum eo magis dictae
Militiae felicissimum incrementum, ita ut
militantis Ecclesiae infensissimi hostes, tam
potentum, & illustrium Virorum fortitu-
dine, quam etiam Ecclesiasticorum Princi-
pum majestate, & auctoritate perterriti, ab
affi-

Clausula.

Derogatio
contrariorum

Dat. die 14.
Junii 1628.
An. V.

Exordium,
erec-
tam a se
Militiam
Christianam
rece-
dit.

Cuius M. Ma-
gistro facultas
concedit
adscribendi
eos, qui per
biennium
Sedi
Apostolicae
infer-
vierint.

affiduis, quas erga Christianam Rempublicam moluntur, insidias desinant, & Catholicae Fidei propagatio in dies magis augeatur. Motu proprio non ad alicujus super hoc Nobis oblatae petitionis instantiam, sed ex certa scientia, meraque deliberatione nostris, ac de apostolica potestate plenitudine, ejusdem Militiae Magno Magistro pro tempore existenti, seu ab eo delegandis, vel deputandis, ac ejusdem Militiae Institutibus plenam, & omnimodam facultatem concedimus per praesentes, ut quoscumque Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, causarum Palatii Apostolici Auditores, necnon Camerae nostrae Apostolicae Clericos, Protonotarios de numero participantium, necnon utriusque Signaturae nostrae Referendarios, qui saltem per biennium actu officia sua exeruerint, Sedis Apostolicae servitiis realiter insistentibus in eadem Militiam recipere, admittere, ac illis habitum, & Crucem per ejusdem Militiae Milites gestari solitum, conferre libere, & licite possint.

Sic autem adscriptis caeterorum Militiarum privilegia communicat.

§.2. Quibus omnibus, & singulis privilegiis, indultis, praerogativis, gratiis, favoribus, immunitatibus, exemptionibus, quibus alii d. Militiae Milites utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, uti, frui, potiri, & gaudere, ac Habitum, & Crucem hujusmodi gestare, necnon vocem activam, & passivam in Capitulis, consiliis, etiam supremo, secundum dictam Militiae consuetudinem, si ad hoc deputati fuerint, ac aliis d. Militiae actibus, habere, & in tali habitu, ac suis dignitatibus, quas obtinent, remanere, necnon ad quoscumque alios majores, & nobiliores gradus ascendere similiter possint, necnon quaecumque, quotcumque, & quaecumque Beneficia Ecclesiastica, Prioratus, Praeceptorias, Commendas, Praeposituras, Abbatias, Personatus, Administrationes, ac Officia, Dignitates, Canonicatus, ac Praebendas in Cathedralibus, seu Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, si sibi alias canonice conferantur, aut ipsi eligantur, praesententur, vel alias assumantur ad illa, & instituantur, in eisdem recipere, ac dummodo plura simul non sint, quam quae a Conc. Trid. permittuntur, quoad vixerint, retinere, & quascumque pensiones annuas, usque ad quamcumque summam super Cathedralium, etiam Metropolitanarum, & Abbatialium, Conventualium, & Capitularium mensurarum, necnon Monasteriorum, etiam Consistorialium, Prioratum, Canonicatum, ac Praebendarum, Dignitatum, Personatum, Administrationum, & Officiorum, aliorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura secularium, & quorumvis Ordinum, & Militiarum regularium qualitercumque qualificatorum fructibus, redditibus, proventus, juribus, obventionibus, & emolumentis universis, ac etiam distributionibus quotidianis, aliis sibi canonice reservandas, percipere, exi-

gere, & in suos usus, ac utilitatem convertere, ipsaque pensiones una cum Praeceptorias, & Beneficiis quibuscumque, quoad vixerint, retinere, libere, & licite possint, & valeant, apostolica auctoritate tenore praesentium indulgemus, sicque ab omnibus, & singulis ceteris decernimus.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictae Militiae, etiam juramento, confirmatione apostolica, aut quavis alia firmitate roboratis statutis, consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 14. Novembris 1624. Pontificatus nostri Anno II.

Sequitur prorogatio proximi Capituli generalis ad annum.

URBANUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
Ad perpetuam rei memoriam.

Orthodoxae Fidei, Religionisque zelus, Nobilitas generis, ac eximia devotionis affectus, quo dilectus filius Nobilis vir Carolus Dux Nivernensis Nos, & Romanam reveretur Ecclesiam, promerentur, ut petitiones suas ad exauditionis gratiam admittentes, ea favorabiliter concedamus, per quae Reipublicae Christianae progressui, semotis impedimentis, consulitur.

Exordium.

§.1. Nuper siquidem supplicationibus dicti Caroli Ducis Nobis porrectis annuente, Militiam Christianam sub denominatione Conceptionis Deiparae Virginis immaculate apostolica auctoritate ereximus, & institimus, ac illius Magni Magistri electionem usque ad Capitulum generale in Festivitate Pentecostes praesentis anni 1625, in Alma Urbe nostra celebrandum differendam, & ne interim praedictae Militiae progressus retardaretur, ejusdem Militiae Consilium supremum nuncupandum, in dicta Urbe, usque ad beneplacitum nostrum cum certo personarum numero statuendum duximus.

Mandaverat Urbanus Capitulum Generale anno 1625, habetur.

§.2. Cum autem, sicut exhibita Nobis nuper pro parte d. Caroli Ducis petito continebat, propter praesentium temporum calamitates, & undique imminetia bellorum pericula, necnon hostis insidias dictae Militiae felicissimam propagationem non parum impediens, Capitulum praedictum in festivitate Pentecostes hujusmodi haberi minime possit, sicque Magni Magistri electionem hujusmodi retardatam esse compariatur. Etiam pro parte ejusdem Caroli Ducis Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus in praemissis opportune providere, eumque amplioris gratiae favore prosequi de benignitate apostolica dignaremur.

Sed propter ingruentiam bella.

§.3. Nos igitur, qui honestis fidelium quorumlibet, praesertim nobilitatis genere pollentium, votis libenter annuimus, eoque favoribus prosequimur opportunis, dictum Carolum Ducem a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliis-

Ad alium annum differt.

aliisque Eccles. sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet inodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, posterioribus supplicationibus hujusmodi inclinati, tempus ad Capitulum generale praedictum, ac electionem Magni Magistri ejusdem Militiae faciendam, ut praefertur, praesertim, quod adhuc durat, ad unum annum tantum a die ipsius festivitatis computandum, apostolica auctoritate, tenore praesentium prorogamus, extendimus, & ampliamus.

Derogat contrariis.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, dictae Militiae, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscumque.

Clausulae penales addit.

§.5. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae absolutionis, prorogationis, extensionis, ampliationisque infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. die Maii 1625. An. II.

Datum Romae apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, sexto Idus Maii, Pontificatus nostri Anno II.

LXXXV.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Ecclesiasticis Regni Siciliae permittitur, ut quoddam subsidium Regi praebere queant.

Charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico.

URBANUS PAPA VIII.

Charissime in Christo fili noster salutem, & apostolicam benedictionem.

Statibus Regni Siciliae quaedam penae sunt summi Regi offerentibus.

§.1. Exponi nobis nuper fecisti, quod cum dilecti Filii tres hominum Status, seu tria brachia ecclesiasticum, militare, & Demaniale nuncupata, regni Siciliae ultra Pharam, cujus tu Rex existis, quibusdam rationabilibus de causis animos eorum moventibus de offerendo tibi, ac bove: Philiberto a Sabaudia Priore Prioratus Castellae, & legionis Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, tunc ejusdem Regni Proregi, certas pecuniarum summas, donativa nuncupata, sub certis terminis, ac modo, & forma exigendas inter se tractaverint; Venerabiles Fratres Archiepiscopi, Episcopi, ac dilecti Filii Archimandrita, & aliae personae Ecclesiasticae dicti Regni certam ratam sponte sua obtulerunt, & dare statuerunt in parlamentis ordinariis habitis de anno praesenti: ipsique Archiepiscopi, Episcopi, & Archimandrita, ac aliae ecclesiasticae personae eorum ratam hujusmodi, Bull. Rom. Tom. V. Tom. V.

Ecclesiastici quoque ratam pro sui parte dare decernunt.

accedente ad hoc nostro, & Apostolicae Sedis beneplacito, persolvere obtulerunt, & forsitan etiam persolverunt.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ex eo quod per Lateranense Concilium novissime celebratum, diversaeque alias canonicae sanctiones sub certis censuris, & poenis caveatur expresse, ne Reges, Principes, & alii Potentatus ab Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, & aliis personis Ecclesiasticis, etiam sponte offerentibus, aliquam pecuniarum summam, sive subventionem recipiant; Majestas tua, ac tui illius Regni Ministri, necnon dilectus Filius noster Joannettinus S. R. E. Cardinalis ab Atria nuncupatus, qui eidem Philiberto in munere Proregis hujusmodi, nostra, & apostolicae sedis licentia sibi suffragante, successit, dubitetis, ratam praedictam recipiendo censuras, & poenas praedictas incurere, & forsitan incurrisse, ac Nobis propterea humiliter supplicari fecerit pro tua, & dictorum Ministrorum, ac Joannettini Cardinalis, & Proregis conscientiae quiete, quatenus in praemissis nostram, & hujus Sanctae Sedis auctoritatem interponere dignaremur.

Rex itaque permitti tibi, suisque Ministris, ut eam recipere queant, petit.

§.3. Nos hujusmodi supplicationibus inclinati, oblationi, & forsitan promissioni, necnon solutioni per Archiepiscopos, Episcopos, & Archimandritam, ac alias Ecclesiasticas personas factis pro hac vice tantum, nostram, & Sedis praedictae auctoritatem interponimus per praesentes: & nihilominus Archiepiscopis, Episcopis, & Archimandrita, ac aliis Ecclesiasticis personis praedictis, ut ratam hujusmodi per eos, ut praefertur, oblatam, & promissam persolvere, ac Majestas Tua, & tui Ministri, dictisque Joannettinus Cardinalis, & Prorex, eam petere, & recipere absque conscientiae scrupulo, seu censurarum, & poenarum praedictarum incursum libere, & licite valeant, concedimus, & indulgemus.

Permittit Urbanus.

§.4. Ipsosque Archiepiscopos, Episcopos, & Archimandritam, ac alias Personas Ecclesiasticas, & earum singulas, quatenus ipsi dictam ratam jam promiserint aut solverint, necnon eandem Majestatem tuam, & tuos Ministros, ac Joannettinum Cardinalem, & Proregem praedictum, si eandem ratam jam perciperint, ab omnibus, & singulis censuris, & poenis propterea quomodolibet incurris, eadem auctoritate absolvimus, & absolutos fore censemus, & declaramus.

Ipsosque Ecclesiasticos, si jam quidquam de ceteris ab solvitur.

§.5. Decernentes, quod omnes, & singuli pensionarii, seu ii, quibus loco pensionum fructus in totum, vel in partem reservati existunt, cujuscumque dignitatis, vel conditionis sint, exceptis tamen Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, ad hujusmodi ratae solutionem in omnibus, & per omnia, perinde ac si nominatim ratam eandem se soluturos obtulissent, clausulis, & decretis in Literis Apostolicis reservationum pensionum, & fructuum hujusmodi, etiam consistorialiter appositis, etiam quod dictae pensiones ab omni decima, subsidio charitati-

Decernit Pensionarias etiam teneri ad solutionem hujusmodi ratae.

1624. Excipit etiam immunitates Cardd. alii- que Romanæ Curie Prælati

Facultates testandi

Exemptiones consanguineis Pontificum

Ob numerum duodecim filiorum concessas

Et Regulam Cancellarie super Indultis superventis

Mandatum de observanda Constit. Sixti PP. V.

Rei ad Triremes pontificias dimittendi

Ministri Camere contra præfatis

§.20. Excipimus etiam immunitates, & exemptiones dictæ S. R. E. Cardinalibus, ratione dignitatis Cardinalatus, & Camera- libus, qui in eadem Camera sederunt, & se- dent, concedi solitas, ac etiam exemptiones, quibus ad præfens Prælati, & Officia- les Romanæ Curie, ac Prælati domestici, Cubicularii secreti, & Secretarii, ac alii fa- miliares, & continui Commensales nostri, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum in rotulo descripti.

§.21. Necnon facultates testandi de qui- busvis bonis etiam ubicumque sitis, & in il- lis eis ab intestato succedendi dictis Cardi- nalibus, ac nostris, & Romanorum Pontifi- cum Prædecessorum nostrorum familiaribus, & continuis Commensalibus, etiam si illi familiares postmodum esse desierint, vel desinant, & aliis quibusvis etiam gratuito quomodolibet tam per eosdem Prædecesso- res, quam etiam per Nos concessas, & alias in omnibus, & per omnia juxta eorundem facultatum, & Literarum desuper expedita- rum formam, ac tenorem, quem pro latif- sine expresso haberi volumus.

§.22. Necnon exemptiones, immunita- tes, & privilegia quæcumque, quibus Fra- tres, Nepotes, & Consanguinei nostri, & pro tempore existentis Romani Pontificis viventis, fruuntur, potiuntur, & gaudent.

§.23. Ac demum illas ob numerum duodecim filiorum concessas, quas tamen ad terminos ejusdem Pii Papæ IV., & alia- rum Apostolicarum Constitutionum super similibus exemptionum declaratione edita- rum, & ad illas tantum, & pro tempore, & personis, ac eo modo, & forma, quibus de jure communi illis competunt, ac alias juxta ipsius juris communis, & supradictarum, & aliarum Apostolicarum Constitutionum dispositionem reducimus, neque aliter, quam ut præfertur, illis sive in petitorio, sive in possessorio suffragari volumus, & decernimus.

§.24. Nostra autem mentis fuisse, & esse declaramus, Regulæ Cancellarie super revocatione Indultorum superventia per Nos edita nullatenus præjudicare, quinimo eam quoad omnia illa comprehensa, ac omnes, & quascumque personas quavis digni- tate etiam Cardinalitia fulgentes confirmamus, & quatenus opus sit, innovamus, & extendimus.

§.25. Ceterum Legatis, & aliis omni- bus Officialibus prædictis, ad quos spectat, seu in futurum, quomodolibet spectabit, quatenus Constitutionem Sixti Quinti Præ- decessoris prædicti circa poenas maleficio- rum editam, quam in omnibus, & quoad omnia, cum suis declarationibus postea fa- ctis innovamus, omnino observent.

§.26. Omnibusque, & singulis Sedis prædictæ Feudatariis, sive Baronibus ei me- diate subjectis, ne reos ad alias, quam ad triremes Sedis Apost. transmitti audeant, seu præsumant, præcipimus, & inhibemus.

§.27. Appaltatoribus, vero Thesaurariis, Depositariis, Commissariis, Exactoribus, & cæteris Agentibus, & Ministris Ca-

mere, & Communitatum prædictarum, ne contra præfentiu formam provisiones, con- cessiones, assignationesque prædictas de ce- tero solvant, aut exemptiones, gratias, & im- munitates, nisi, ut præfertur, exceptas, & eas quæ in eadem Camera ex causa onerosa præ- dicta, vel ex aliis rationabilibus causis per Nos, ut præfertur, cognoscendis, & approban- dis, & seu etiam declarandis, illas concessas fuisse, citato Commissario prædicto verifica- tas, & pro talibus in eadem Camera admisse fuerint, admittant, expresse prohibemus; etsi secus solverint, vel admiserint, solutiones hujusmodi, ac exemptiones illas nullatenus in eorum computis admitti volumus, sed eorum damno cessuras esse: quinimo eos ad refectionem damni teneri declaramus.

§.28. Ac deinceps perpetuis futuris temporibus, nullos licentiarum, facultatum, & privilegiorum quorumcumque, etiam ex causa onerosa, ut præfertur, concessorum, vel concedendorum vigore, etiam extra- ctionem propria auctoritate fieri posse illis permillum sit, extractions frumentorum, & aliorum prædictorum extra Statum nos- trum prædictum, vel etiam ad loca media- te subjecta, & etiam a dictis locis mediate subjectis extra dictum Statum aliquo pacto facere, nec etiam similes extrahendi licen- tias, & facultates in posterum concedi posse, aut debere, nisi chirographo manu nostra, aut Romani Pontificis pro tempore existentis, quoties extractio faciendæ erit, subsig- nato præcedente, alioquin licentias, & facultates hujusmodi, alias quam chirogra- pho prædicto præcedente, pro tempore con- cedendas, & extractions faciendas, nullas, nulliusque roboris, & momenti fore, & esse, ac ipsos extrahentes in poenas supradictas incidere, & ad illarum executionem contra illos irremissibiliter procedi posse, & debe- re volumus pariter, & declaramus.

§.29. Postremo omnia, & quæcumque privilegia, facultates, & indulta Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existentis in Statu temporali, ratione si preme potestatis a jure, vel per quasvis Apostolicas Consti- tutiones competentia, seu reservata, exercen- di, aut eidem supremæ potestati, ac super- ioritati nostra, & nostrorum Tribunalium, Officialium, & Judicum Romanæ Curie ju- risdictioni, & auctoritati præjudicialia, om- nibus, & singulis supranominatis, etiam ut præfertur, qualificatis, ac etiam supra, & alias quomodolibet concessa quæ- cumque, exceptis tamen iis, quæ concessa sunt ex causa vere onerosa, scilicet congrua solutionis pecuniarum dictæ Camera factæ, aut ex investitura, vel immemorabili con- suetudine inviolabiliter observata, vel ex aliis rationabilibus causis per Nos, vel Suc- cessores nostros cognoscendis, approbandis, seu etiam declarandis competentibus, quæ etiam licet tollere non intendamus, tamen nostram, & Romani Pontificis supremam po- testatem, superioritatem, nostramque, & ejusdem Romani Pontificis, nostrorumque Romanæ Curie Tribunalium, Officialium, & Judicum Jurisdictionem prædictam im- pedire,

AN. CH. 1624. At. formam nihil solvere debent.

Licentia Extrahendi fru- menta extra Statum Pon- tificis manu si- guanda.

Quæcumque privilegia Pontificis au- thoritati, & Tribunalium jurisdictioni contraria ir- riantur.

Clausula.

Derogatio contrariorum

dire, aut illum, præterquam in casibus a jure permissis, suffragari posse, vel debere no- lumus, nisi prius causa onerosa, vel investi- tura, seu immemorabili prædicta in eadem Camera, citato Commissario prædicto, legi- time probata, verificata, & justificata, alie vero causæ rationabiles prædictæ a Nobis, seu Successoribus prædictis pro talibus cog- nitæ, & approbatæ, seu declaratæ fuerint, revocamus pariter, & abrogamus.

§.30. Irritum, & inane etiam decernen- tes quicquid secus super his a quoquam quovis prætextu, occasione, vel causa scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.31. Non obstantibus præmissis, & qua- tenus opus sit, nostra de non tollendo jure quaesito, ac quibusvis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon statutis, privilegiis, indultis, concessionibus, exem- ptionibus, immunitatibus, licentis, facultatibus, deputationibus, confirmationibus, extensionibus, prorogationibus, & Literis Apostolicis prædictis, & quibusvis aliis, etiam, ut præfertur, seu alias qualificatis, & speciali nota, & mentione dignis, etiam Motu, scientia, & potestate paribus, & etiam consistorialiter, & de eorundem Cardinalium consilio, & assensu, sub qui- buscumque verborum formis, & tenoribus, & cum quibusvis etiam derogatoriis de- rogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decre- tis etiam inexcogitabilibus, & necessario exprimentis, etiam in vim contractus jura- ti, Cameralique obligatione vallati, & quovis alio robore, & cautela firmatis, editis, & seu factis, ac alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac pluries, & iteratis vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si in eis caveatur expresse, quod nullo unquam tempore sub similibus, vel dissimilibus exemptionum, immunitatum, facultatum, licentiarum, concessionum, deputationum, confirmationum, extensionum, proroga- tionum, gratiarum, privilegiorum, & alienationum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis quibuscumque con- trariis dispositionibus pro tempore edendis, comprehendantur, sed semper ab illis ex- ceptæ, & quoties illæ emanarent, toties in pristinum, & validissimum statum, etiam sub posteriori data per eos, quibus concessa sunt, eligenda, restituta, reposita, plenarie reintegrata, & de novo concessa sint, & esse censeantur, necnon pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indi- vidua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquista forma ad hoc servanda foret, tenores hu- jusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita ob- servata, inserti forent, præsentibus pro ple- næ, & sufficienter expressis habentes, spe- cialiter, & expresse, ac latissime derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque con- trariis quibuscumque.

Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

§.32. Ut autem præfentes Literæ ad omnium notitiam factius deveniant, volu- mus, & apostolica auctoritate decernimus, easdem præfentes ad valvas Basilicæ Princi- pis Apostolorum, & Cancellariæ Apostoli- cæ, ac in acie Campi Floræ per aliquem ex Curforibus nostris publicari, & illarum exempla ibidem affixa relinqui, quæ sic publi- cata, & affixæ omnes, & singulos, quos concernunt, perinde afficiant, & ardeant, ac si illorum unicuique personaliter notificatæ, & intimatæ fuissent.

§.33. Quodque eorundem præsentium transumptis, manu Notarii publici subscri- ptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsi præsentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§.34. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reprobationis, re- servationis, approbationis, confirmationis, restitutionis, repositionis, reintegrationis, præcepti, statuti, ordinationis, exemptionum, prohibitionum, revocationum, abrogatio- num, reductionis, inhibitionis, innovatio- num, declarationum, derogationis, volun- tatum, & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incur- surum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majori anno Incarnat. Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo quarto, duodecimo Kalendas Novembris, Pontificatus nostri Anno II.

Anno Nativitate D. N. Jesu Chri- sti 1624. Indi. 7. die vero 27. mensis Novem- bris Pont. Sancti in Christo Patris, & Do- mini N. D. Urbani divina providentia Papa VIII. Pont. sui anno II. retroscriptæ Li- tere Apostolica publicata, & affixa fuerunt in valvis Basilicæ Principis Apost. de Urbe, ac Cancell. Apost. & in acie Campi Floræ, di- missi ibidem eorundem Literarum originali- bus appensis per aliquod temporis spatium, ex inde amotis, deinde dimissi eorundem Lite- rarum copiis affixis, ut moris est, per nos An- dream Scalmanum, & Fabium Emilianum præfatis S. S. D. N. Papa Curf.

Octavianus Spada Mag. Curf.

Præfentium fidei publica- tio.

Transumptis danda fides.

Clausula pas- sales.

Dat. die 27. Octob. 1624. An. II.